Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40433
Copyright: Melk, Benediktinerstift

angli superioris quia illuminet eius intellectum et sicut angelus
superior non primus tangit affectum inferioris angeli quia illuminat
eius intellectum Insup deus immediate possit illuminare intel-
lectum angeli inferioris etiam mihi videtur quod non primentur ad beatitudinem
Denique angelus superior et inferior distinguuntur centrum et ita
potest deus unum tangere sine alio et superior potest illuminare
inferiorem Vnde sicut in hominibus quod superiores docent et regunt
inferiores Intellectus autem et affectus sunt idem centrum Vnde non
oportet quod primo tangatur affectus quam intellectus Proquo adiuvat
quod aliquibus res naturales habent aliquam inclinationem · grauia inclinationem
habent essendi deorsum · et leuia sursum sicut vegetabilia habent
suas propias inclinationes Et si quid res sint non cognoscere
non poterunt suas inclinationes · lapis enim non poterit sua inclina-
tionem quantum tendit deorsum · sicut arbor non poterit sua inclinationem
ad germinandum Alia vero bruta habent cognitionem sensitiuam
ita habent appetitum sensitiuum · quia igitur apprehendunt per apprehensiuam
aliquid per modum quemcumque statim sequitur in eis inclinatio ad per-
sequendum illud / sicut equus famelicus apprehenso feno appetit
illud / et si non impletur sequitur persequitur illud quendo in loco vbi
existimat illud esse Intellectus autem humanus verique est res naturalis
multo nobilior quam res inferiores / quam minuit paulominus
ab angelis Et eo ipso quod est intellectus / est etiam intellectualiter
appetitus et idem centrum est intellectus et eius appetitus Vnde dis-
tinguere centrum appetitum ab intellectu est auferre eius principium et
intrinsecum nam et totum centrum est. Est enim de natura totius
centri et interioris intellectus humani angelici et diuini quod sit volun-
tas uel dilectus sicut dicit dionisius totius interioris et centri horis est
quod sit volens / et auferre ab horis voluntatem est auferre
eius centrum Et sic auferendo ab horis quod quod est est eius centrum